



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod herba & lapis & alia huiusmodi quibus vtitur malefica nullam vim
habent ad effectum maleficii quamtu[m] est de se: sed vtitur his maleficis
tanquam signis pacti initi cu[m] d[a]emone.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

TRACTATVS

patet in vxore Thobie : hęc ille . Sed quare potestas maleficorū permittitur dęmonibus in aętu generatię potentię: potius quam in aliis . Respondet sanctus Thomas in .iiii. dist .xxxiii. ar .iii. ad pri-
mum : quia per eam peccatum origina-
le transfunditur.

Quod herba & lapis & alia huiusmo-
di quibus vtitur malefica nullam vim ha-
bent ad effectum maleficii quantum
est de se : sed vtitur his male-
ficus tanquam signis pa-
cti initi cū dęmone.

A ttende tamen quod herba : vel
lapis : vel alia huiusmodi nullam
vim habent ad effectum malefici
quantum est de se : vt dicit sanctus Tho-
mas .i. parte .q .cxv .ar . v . ad .iii . allegans
Augustinū .xxi . de ciuitate Dei . quod dę-
mones alliciūtur per varia genera lapi-
dū : herbarū : lignorū : animaliū : car-

minū : rituā : non vt animalia cibis : sed
vt spiritus signis inquantū si hęc eis ex-
hibentur in signū diuini honoris cuius
ipſi ſunt cupidi . His ergo rebus vtitur
maleficus vel malefica iñſtinctu dęmonis
per paclū inuocationis tacite vel expreſ-
ſe vel ad infamandū créaturas Dei : que
de ſe bonę ſunt : vel ad maiorem credu-
litatem & deceptionem fidei animarum
hominū perditionū qui hiſ & aliis vtun-
tur ad dęmonū inuocationem : non igi-
tur vtitur maleficus immo verius dęmo-
huiusmodi tanquam rebus efficaciori-
bus ad tale maleficiū : ſed tanquam fi-
gnis paclī illius inter ſe & iſum malefici-
um quem iam vt ſuum cultorem poſſidet
tanquam hereticū & à fide alienum.

Quod inientes paclū cum dęmo-
nibus tacitum vel expreſſum ſunt
idolatrę heretici & alieni à
catholica fide .